

eximendum, adhibemus, usurpamus, & exercemus. Fecerunt id, & suis nobis prae-  
verunt exemplis, Viri illustres & magni non pauci, de quibus Syracides dicit: quod do-  
minantes in potestatibus suis, virtute magnâ praeediti, peritiâ requisiverint suâ MODOS  
MUSICOS, & narraverint Carmina Scripturarum. Quorum sanè auctoritas, uti pra-  
stantissima illi Scientiae Musicae laudis & honori non parum conciliat, & confert, ita  
vel maximè ad amplectendam eam nos commovet, & instigat; Accedente praesertim &  
interveniente gravissimâ illâ divi Apostoli Pauli ἰσομνητα: ὁ λόγος τῶ χειρὸς  
ἐπιπέτοις ἐς ὑμῶν ὀλιγίας, ἐς πᾶσιν σοφίᾳ διδάσκοντες, καὶ νοουμένοις ἑαυτοὺς  
ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνεύματος, ἡμεῖς ἐς χάριτι ἀδόντες ἐν τῇ καρδίᾳ  
ὑμῶν τῷ Κυρίῳ.

AGITIS VOS HOC: Viri Excellentiss. Reverendi,  
Clarissimi, Consultiss. Praestantissimi, & non solum Musicam concinnam liben-  
ter auditis, magnâq; in precio habetis, Cultoribus Musicae benè cupitis & favetis;  
Sed & suavitate ejus ducti, ipsimet manum admovetis. & Bona vestrum pars honestissi-  
ma Collegia Musica, non sine laudabili more, partim haecenus instituitis, partim ho-  
diè nunc forte inter discursus eruditos, & colloquia literaria, suavi etiam Musicâ, tam  
Instrumentali, quàm vocali, vosmet exercetis, oblectatis, & recreatis. Quod exem-  
plum, utitarum, & laude dignissimum, ita non immeritò ab omnibus, qui Illustrioris  
sunt natura, & altiori à vulgo indolis, imitandam esse censetur.

Et quia inter alia meae etiam, haecenus in lucem editis, ineptuli quamquam, &  
tam splendida Coronâ Musicâ hauri sari dignis, lusibusâusficiis quandoq; vos  
mei juxta honestissimâ facere mentionē, ab amici intellexi. Non possum, quin vo-  
stra vel donario quoquam Musico rursus maectem, & ante oculos tam eminentes, an-  
te animos tam amicos, aliquod Observantia Epidigma submisissè ac devotè deponam.  
Proprium enim est, tum universalium literarum meliorum, tum vel maximè Musicae  
Cultoribus, ut, à quibus dehyccatui non habentur, us in Aernitatis sano assiduo litent  
honore. Praesentes ergò Modulos sacros ad vos affero: vobisq; eos inscribo, & Clarissima  
Vestra ac magna Nomina labori meo obscuro & parvo, quasi Columina, immò vivas vi-  
turi opusculi columnas praescribo; Officiosè & peramanter rogitans, ut munus le-  
vidense vultu benigno acceptare, Observantia ergà vos mea studium inde aestimare, &  
curatum meum, audentem sorte magis ac decentem, dextrè interpretari amice digne-  
mini. Benè & feliciter vivite ac valete. Dabam Rostochij, ipsis Calendij Januarij,  
anni ineantis 1625. Quem vobis, & pijs omnibus, felicem ac faustum es animo  
precor & opto.

Excellent: Clarit: Reverent: & Praestant: vestrar:

addictiss:

M. Daniel Friderici, Cantor.

1625. Jan. 1.

